



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 237. An ille, qui semel fregit jejunium, possit eâdem die sæpius comedere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

1263

§. 4. Quod dies Rogationum attinet, quamvis Laym. l. 4. t. 8. c. 2. n. 8. dicat abstinentiam à carnis bus adhuc hodie in pluribus locis non observari ex præcepto sed consilio; Azor autem l. 7. c. 15. q. 4. dicat non esse quidem præceptum, posse autem esse consuetudinem, tamen in Conc. Aurelianensi I. Can. 27. expressè habetur, ut triduo ante Ascensionem omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur; quod etiam refertur Cap. Rogationes. De Consecr. dist. 3.; & quamvis non esset præceptum scriptum, rectè tamen dicit Steph. t. 1. d. 5. n. 99. aliquique cum illo, absolute esse mortale tum comedere carnes, saltem ob consuetudinem nunc introductam: & idem est de festo S. Marci. de quo vide dicenda l. 4. n. 1291.

1264

Q. 237. An ille, qui semel fregit jejunium, possit eadem die saepius comedere. R. §. 1. Si fregit esu carnium, toties peccat, quoties iterum comedit carnes, uti habet communis cum Gob. suprà c. 4. à n. 19; & dictum est hic p. 1. n. 438., quia præceptum, quoad hanc partem, est negativum, prohibens pro toto die, id est, ad nullo tempore istius diei comedendum; & hoc non ratione jejunii præcisè, nam carnes sæpe prohibentur, quamvis non sit jejunium, sed ratione ipsarum carnium, à quibus abstinere multum facit ad mortificandam carnem. Quod autem tum etiam non possit sumi secunda refectione, constabit ex dicendis n. 1269.

1265

§. 2. Si tantum fregit secundâ refectione, Busenb. relatus n. 1259. item Castrop. t. 25. p. 2. §. 2. n. 8. Steph. n. 110. & alii quatuordecim cum Dian. p. 1. t. 9. R. 44., itemq; alii cum Fagund. præcep. 4. l. 1. c. 4. n. 8. dicunt non peccare mortali- ter comedendo cibos esuriales, quoties volet;

quod

quod etiam dicunt Bonac. Laym. n. 13. Caſtrop. n. 9., si fecerit inadvertenter vel neſciens eſſe jejunium: imò putant Vivald. Dian. R. 53. Fls. t. 4. d. 1. n. 43. in ſequentibus confectionibus nequidem venialiter peccare, & idem cum aliis dicit Tamb. in Dec. l. 4. c. 5. §. 1. n. 5., si inadvertenter comediffet carnes: Rationem dant, quia tum amplius ſervari non potest jejunium, de cuius eſſentia eſt negatio ſecundæ refectionis & carnium: ſed tenendum eſt cum communissima ſententia peccari ſaltem venialiter, quia eſt contra finem legis, qui eſt mortificatio carnis: non eſſe autem plū quam veniale docet cum aliis probabiliter Leſſ l. 4. c. 2. n. 17., quia cum homines non ſoleant niſi biſ comedere, quod comedat ſæpius, non videtur multum facere ad finem legis; nihilominus Maj. Med. Montes. Covarr. Molan. Sylv. Loih & alii multi valde probabiliter dicunt peccari mortaliter, quoties iterum ſumitur plena refectione, quia notabilis mortificatio carnis, quæ eſt finis legis, adhuc obtineri poterat per negationem aliarum refectionum, nam ſi quis manè & in prandio ſe plenè refecerit, adhuc notabilis mortificatio eſt abſtinere vefperi, uti fuifet notabilis mortificatio abſtinere manè.

Q. 238. Quid veniat nomine carnium, & quia- 1266  
nam teneantur præcepto ab illis abſtinendi. R.

§. 1. Indicium animalis carnei eſt, ſi poſſit diu vivere extra aquam; item ſi magis simile ſit animalibus habentibus carnem quam non habentibus: teſtudines tamen terræ & limaces, quamvis extra aquam vivant, non cenzentur caro, ita Regin. Tamb. n. 10. Gob. in Quin. t. 5. c. 23. n. 122. Idem dicit Tamb. n. 12. de Viperis.,

Ecc 3

Pasq.